



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCXLIX. ad annum DCLXXVI.

Parisiis, 1644

Svscriptiones.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15300

si hoc comprobare potuerit, totum illi a rebus eiusdem ecclesiæ reformabitur, pro cuius vtilitibus id expendisse comprobatur. Gratias itaque peragimus omnipotenti Deo. Post hæc, sit pax, salus, & diuturnitas piissimo & amatori Christi domino nostro Vvambano regi, cuius deuotio nos ad hoc decretum salutiferum conuocauit: diuinam postulantes clementiam, vt gloria Christi regnum eius corroboret, vsque ad vltimam senectutem: præstante ipso qui cum Patre & Spiritu sancto vnus viuit, & gloriatur in Trinitate Deus, in sæcula sæculorum. Amen.

§ SUBSCRIPTIONES.

* Leodecivus in Christi nomine episcopus, cognomento Iulianus, has constitutiones, secundum quod nobis cum sanctis coepiscopis meis, qui mecum subscripserunt, Deo inspirante, complacuit, & relegi & subscripsi. * Leodigius

* Genetivus in Christi nomine ecclesiæ Tudensis episcopus similiter. * Genitinus, al. Genitinus

* Froaricus Deo iubente Portucalensis ecclesiæ episcopus similiter. * Eroaticus

Bela in Christi nomine * Britaniensis ecclesiæ episcopus similiter. * Britolienfis

Ifidorus Asturicensis ecclesiæ episcopus similiter.

* Alarius Deo iubente Aurifinæ ecclesiæ episcopus similiter. * Hilarius

Rectogenis in Christi nomine Lucensis ecclesiæ episcopus similiter.

Ildulfus, qui cognominor Felix, Iriensis ecclesiæ episcopus similiter.

NOTÆ GARSIAE LOAISÆ.

* *Concilium Bracarense.*] Bracara, hodie Braga, in prouincia Lusitanæ, caput totius regni in spiritualibus. Dicitur Augusta Bracarium Plinio, Βραγαρ Ptolemæo. In veteri nummo sic scriptum est:

RECCESVINTHVS REX.
BRACARA PIVS.

Vocatur Bracaraugusta; inde Bracaraugustani, vt docet vetus inscriptio marmoris insculpta, quam exscripsit Lipsius in libro inscriptionum antiquarum.